



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XXI. De homicidiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

Virgines autem quæ conueniunt cum aliquibus, tamquam forores, habitare prohibemus.

XIX.

Si cuius vxor adultera fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem consequi, secundum pristinos gradus.

XX.

De mulieribus quæ fornicantur, & partus suos necant, vel quæ agunt secum, vt vtero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio vsque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia remouet. Humanius autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus pœnitentiæ largiamur.

XXI.

Qui voluntarie homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem iugiter se submittant: perfectionem vero circa vitæ exitum consequantur.

XXII.

De homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem pœnitentiam perfectionem consequi præcipit, secunda vero quinquennii tempus explere. Modus autem huius pœnitentiæ in Episcoporum sit arbitrio, vt secundum conuersationem pœnitentium possint & extendere tardantibus, & minuere studiose festinantibus.

XXIII.

Qui diuinationes expetunt, & morem gentium subsequuntur, aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte